Introibim⁹ i tabernaculum eius: adorabim⁹ in loco vbi steterunt pedes eius.
Surge dñe in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tue.
Sacerdotes tui induantur iustitiā: & sancti tui exultent.

Propter dauid seruū tuū: nō auertas faciē xp̄i tui
Iurauit dñs dauid veritatē & nō frustrabit eum de fructu vētris tui ponam super sedem tuam.
Si custodierint filij tui testamentū meū: & testimonia mea hec que docebo eos.
Et filij eorum vsq; in seculum: sedebūt super sedem tuam.
Quoniam elegit dñs sion: elegit eam in habitationem sibi.
Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam.
Viduā eius benedicēs benedicam: pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induā salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo.
Inimicos eius induā confusione: sup ipm autē efflorebit sanctificatio mea.
Gloria. Et oīs mansuetudinis ei⁹. Psalmus.

132. Ecce quā bonū & quā iocundū: habitare fratres in vnum.
Sicut vnguentum in capite qd descendit in barbam: barbam aaron.
Qd descēdit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion.
Quoniam illic mādauit dominus benedictionem: & vitam vsq; in seculum.
Gloria. Ecce quā bonū & quā iocundū. Hon di ad vespe. iste ps. Psalmus.

133. Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini.
Qui statis in domo dñi: in atriis domo⁹ dei nostri.
In noctib⁹ extollite manus vestras in sancta: et benedicite dominum.
Benedicat te dñs ex sion: qui fecit celū & terram. Ps.

134. Laudate nomen dñi: laudate serui dñm.
Qui statis in domo dñi: in atriis domus dei nr̄i.
Laudate dñm qm bonus dñs: psallite nomini eius quoniam suaue.
Quoniā iacob elegit sibi dominus: israel in possessionem sibi.
Quia ego cognoui q̄ magnus est dominus: & dns noster pre omnibus dīs
Omnia q̄cunq; voluit dns fecit in celo & in terra: in

mari ⁊ in olbus abyſſis
Ducẽs nubes ab extre
mo terre: fulgura in plu-
uiam fecit.
Qui producit vẽtos de
theſauris ſuis: ꝙ percuſſit
primogenita egypti: ab
homine vſq; ad pecus.
Et miſit ſigna ⁊ prodi-
gia in medio tui egypte:
in pharaonem ⁊ in om-
nes ſeruos eius.
Qui percuſſit gentes mul
tas ⁊ occidit reges fortes
Seon regẽ amorreor ⁊
og regem baſan: ⁊ oĩa re
gna chanaam.
Et dedit terram eorum
hereditatem. hereditatẽ
iſrael populo ſuo.
Dñe nomẽ tuũ in eternũ
dñe: mẽoriale tuũ in gñа
tione ⁊ generationem.
Quia iudicabit dominꝰ
populum ſuum: et in ſer-
uis ſuis deprecabitur.
Simulachra gentiũ ar-
gentrum ⁊ aurum: opera
manuum hominum.
Os habent ⁊ non loquẽ
tur: oculos habent ⁊ nõ
videbunt.
Aures habent ⁊ nõ au-
dient: neq; enim eſt ſpiri
tus in ore ipſorum.
Similes illis fiant ꝙ fa-
ciunt ea: ⁊ omnes qui cõ
fidunt in eis.
Domus iſrael benedicite
dominum: domus aarõ
benedicite dominum.
Dom⁹ leui benedicite dñm:
ꝙ timetis dñm benedicite dñm.
Benedictus dñs ex ſion: ꝙ
habitat in hierlm. Gl'ia
patri. Omnia quecũq; volu
it domin⁹ fecit. Pſalmus

Confitemini dño ꝙni 135.
am bonus: quoniã
in eternum mia eius.
Confitemini: deo deor
Cõfitemini: dño dñor.
Qui facit: mirabilia ma
gna ſolus.
Qui fecit celos i intellectu
Qui firmauit terrã: ſu-
per aquas.
Qui fecit: lumiaria ma- 136.
gna.
Solem: in poteſtatẽ diei
Lunam ⁊ ſtellas: in po
teſtatem noctis.
Qui percuſſit egyptũ: cũ
primogenitis eorum.
Qui eduxit iſrael: de me
dio eorum.
In manu potenti: ⁊ bra
chio excelſo.
Qui diuiſit mare rubrũ
in diuiſiones.
Et eduxit iſrael: per me
dium eius.
Et excuſſit pharaonẽ ⁊
virtutẽ eiꝰ: in mari rubro.

Qui traduxit populū suum: per desertum.
Qui percussit: reges magnos.
Et occidit: reges fortes
Seon: regem amorreox
Et og: regem basan.
Et dedit terram eox: hereditatem.
Hereditatē isrl' suo suo
Quia in hūilitate nr̄a: memor fuit nostri.
Et redemit nos: ab inimicis nostris.
Qui dat escā: oñi carni
Confitemini: deo celi.
Cōfitemini dño dñorū: qm̄ in eternum mia eius
Ō'ria. ān. Quoniā i eternum mia eius. Psalm⁹.

136. SUper flumia babylonis illic sedim⁹ et fleuimus: dū recordaremur tui sion.
In salicib⁹ i medio ei⁹: suspendim⁹ organa nr̄a
Quia illic interrogauerūt nos q̄ captiuos duxerūt nos: verba cantionum.
Et qui abduxerūt nos: hymnum cantate nobis de canticis sion.
Quō cātabim⁹ canticū dñi: in terra aliena.
Si oblit⁹ fuero tui hirl'ē obliuioni det dext'a mea
Adhereat lingua mea faucibus meis: si nō meminero tui.
Si non proposuero tui hierusalem: in principio letitie mee.
Memor esto domine filiorum edom: in die hierusalem.
Qui dicūt: exinanite exinanite: vsq; ad fūdamētum in ea.
Filia babylōis misera: beat⁹ qui retribuet tibi retributionem: quam retribuisti nobis.
Beat⁹ qui tenebit: et allidet puulos suos ad petrā. Ō'ria. ā. Hymnū cātate nobis de cāticis siō. cp̄. Dñs aūt diri. Ū Dñe ne in ira. vsq; ad ri. hy⁹.

MAgne de⁹ potētie: q̄ ex aquis ortū gen⁹ partim remittis gurgiti partim leuas in aera.
Humersa limphis iprimēs subuecta celis irrogans: vt stirpe vna prodita diuersa rapiāt loca.
Largire cūct' seruulis q̄s mūdat vnda sāguis: nescire lapsus criminū/ nec ferre mortis tedium
Et culpa nullū dep̄mat nullū leuet iactātia elisa mens ne concidat/ elata mēs ne corruat. Preste

ipſ.v°. Dirigat dñe. Per eſtate ij°. Luc⁊ creator v. Dirigat. ãn. Deposuit potentes sanctos pſequentes ⁊ exaltauit humiles christum confitentes. ℣s. Magn. Preces. tē. vtñ. et memo. feri. vi in. ij. ſcr. ad matu. pſet.

℣ Feria. vi. Ad veſ. ℣s.

137. COnfitebor tibi dñe in toto corde meo: qñ audisti verba oris mei.

In conspectu angelorũ psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo

Super mia tua et veritate tua: quoniã magnificasti super omne uomen sanctum tuum.

In q̃cũq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in aia mea virtutẽ.

Cõfiteant tibi dñe oẽs reges terre: q̃ audierũt omnia verba oris tui.

Et cantent in vijs dñi: qñ magna est gloria dñi

Quñ excelsus dñs ⁊ humilia respicit: ⁊ alta a longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis viuifi-

cabis me: ⁊ super irã inimicorum meorum extendisti manum tuam ⁊ saluũ me fecit dextera tua.

Dñs retribuet pro me dñe mia tua in scẽm: opa manuum tuarũ ne despicias. ℣ Gloria. ãn. In conspectu angelorũ psallã tibi deus meus. Psalm⁹

138. DOmine probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã ⁊ resurrectionem meam.

Intellexisti cogitatiões meas de longe: semitam meam ⁊ funiculum meũ inuestigasti.

Et oẽs vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce dñe tu cognouisti oia nouissima ⁊ antiqua tu formasti me/ ⁊ posuisti super me manũ tuã.

Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me: cõfortata ẽ ⁊ non potero ad eam.

Quo ibo a spũ tuo: et q̃ a facie tua fugiam?

Si ascendero in celum tu illic es: si descendero ad infernum ades.

Si sumpsero pẽnas meas diluculo: ⁊ habitauero in extremis maris.

Etenim illuc man⁹ tua

deducet me: & tenebit me dextera tua.

Et dixi forsitā tenebre conculcabūt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Quia tenebre nō obscurabūt a te: & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee.

Confitebor tibi qz terribiliter magnificatus es: mirabilia opa tua & aia mea cognoscet nimis.

Nō est occultatū os meum a te qd fecisti i occulto: & substātia mea in inferioribus terre.

Imperfectū meū viderūt oculi tui & in libro tuo oēs scribentur: dies formabūtur & nemo in eis.

Michi aūt nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos & super arenā multiplicabūtur: exurrexi & adhuc sū tecū.

Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me.

Quia dicitis i cogitatiōe: accipiāt in vanitate ciui tates suas.

Nōne q̄ oderunt te dñe oderam: & super inimicos tuos tabescebam.

Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt michi.

Proba me deus et scito cor meū: interroga me & cognosce semitas meas.

Et vide si via iniq̄tatis in me est: & deduc me in via eterna. ām. Domine probasti me & cognouisti me. Psalmus. 139.

Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo eripe me. 139.

Qui cogitauerūt iniq̄tates in corde: tota die p̄stituebant prelia.

Acuerunt linguā suā sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum.

Custodi me dñe de manu pcōris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum michi.

Et funes extēderūt in laqueū: iuxta iter scandalum posuerunt michi.

Dixi domino deus meus es tu: exaudi dñe vocem deprecationis mee.

Dñe dñe virtus salutis mee: obūbrasti super caput meum in die belli.
Nō tradas me: dñe a desiderio meo pctōri: cogitauerunt contra me ne derelinquas me ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorū: labor labiorum ipsorum operiet eos
Cadēt sup eos carbōes in ignē deijcies eos: i miseriis non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in terra: vir iniustū mala capient in interitu
Cognoui q̄ faciet dñs iudicium inopis: & vindictam pauperum.
Verūtamē iusti confitebūtur nomini tuo: & habitabūt recti cum vultu tuo.
℣. Kyrie. ā. A viro iniquo libera me dñe. Psalmus

140. DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo: eleuatio manuū mea sacrificiū vespertinū.
Pone domine custodiā ori meo. & ostiū circūstātie labijs meis.
Nō declines cor meū in verba malicie ad excusādas excusatiōes in peccatis cū hominibus operātib⁹ iniq̄tatē: & nō cōmunicabo cum electis eorum.
Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me: oleū autē peccatoris nō impinguet caput meum.
Quia adhuc et oratio mea in beneplacitis eorū: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum.
Audient verba mea quia potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est sup terram.
Dissipata sunt ossa nr̄a secus infernum: quia ad te dñe dñe oculi mei in te speraui/nō auferas animam meam.
Custodi me a laqueo quē statuerunt michi: et a scandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo ei⁹ peccatores: singulariter sum ego donec transeam
℣. Gloria pr̄i. Sicut erat. ℟. Domine clamaui ad te exaudi me. Psalmus.

141. VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dñm deprecat⁹ sum
Effundo in conspectu ei⁹ orationem meā: & tribu-

latiõnem meam ante ip-
sum pronuncio.
In deficiendo ex me spi
ritum meum: & tu cogno
uisti semitas meas.
In via hac qua ambu-
labam: absconderunt la-
queum michi.
Considerabã ad dexte-
rã & videbam: & non erat
qui cognosceret me.
Periit fuga a me: & non
est q̃ req̃rat animã meã.
Clamaui ad te domine
dixi tu es spes mea: por-
tio mea in terra viuẽtiũ.
Intende ad deprecatio
nem meam: quia humilia-
tus sum nimis.
Libera me a persequẽ-
tibus me: quia confortati
sunt super me.
Educ de custodia ani-
mã meã ad ꝓfitendũ no-
mini tuo: me expectãt iu
sti donec retribuas mihi
Gloria. ãn. Portio mea
dñe sit in terra viuentiũ.
Cap̃m. Diis aũt dirigat.
Sequẽs hy⁹ 9i solũ ad
ves. fer. vi. proxima ante
do. in. xl. qñ in predicta
fer. vi. agitur de fe. hy⁹.
Qui magna rerũ corpa
dictu iubentis viuida: vt
serutãt per ordinẽ / sub-
dens decidisti homini.
Repelle a seruis tuis /
q̃quid p imũdiciã: aut
morbus se suggerit aut
actibus se interserit.
Da gaudiorũ premia /
da gratiarũ munera / dis
solue litis vincula / astri
ge pacis federa.
Qui testa pr̃. ℣. Dirigat.
Per estatem hy⁹. Lucis
creator. hy⁹. Dirigat. ãn.
Suscepit de⁹ israel puer Luce
suũ sicut locut⁹ est abra- i. e.
hã & semini ei⁹: & exalta-
uit hũiles vsq; in seculũ
ps. Mgt. preces &. vt̃s.
in. ii. fer. ad matu. Nõ di
ad vesp as iste ps. 141.
Dñe exaudi oratiõnem
meam auribꝰ pcipe obse-
crationem meam. Sab
bato ad vesperas. ps.
Benedictus 143.
dñs de⁹ me-
us q̃ docet
manꝰ meas
ad preliũ: & digitos me-
os ad bellũ
Misericordia mea & refu
giũ meũ: susceptor meꝰ
& liberator meus.
Protector meꝰ & in ipo.

sperauit qui subdit populum meum sub me.

Domine quid est homo q̃ i notuisti ei: aut filius hois q̃ reputas eum.

Homo vanitati similis factus est: dies ei⁹ sicut vmbra pretereunt.

Domine inclina celos tuos & descende: tange montes & fumigabunt.

Fulgura coruscationē & dissipabis eos: emitte sagittas tuas & conturbabis eos.

Emitte manū tuam de alto eripe me & libera me de aq̃s multis: & de manu filiorum alienorum.

Quorū os locutū est vanitatē: & dextera eorum dextera iniquitatis.

Deus canticū nouū cāntabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.

Qui das salutē regib⁹ qui redemisti dauid seruum tuū / de gladio maligno eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum quor os locutū est vanitatem & dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorū filii sicut nouelle plantationes: in iuuētute sua.

Filie eorum cōpositę: circumornatę vt similitudo templi.

Promptuaria eor plena: eructantia ex hoc in illud.

Oues eorū ferose abundantes i egressibus suis: boues eorum crasse.

Nō est ruina maceriē: neq̃ trāsit⁹ neq̃ clamor in plateis eorum.

Beatū dixerunt populū cui hec sunt: beat⁹ populus cui⁹ dñs deus eius.

Gloria pri. Benedictus dñs deus meus.

Psalm⁹ 144

Exaltabo te deus meus rex & benedicam nomini tuo in seculum: & in seculum seculi.

Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculum: et in seculum seculi.

Magn⁹ dñs & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.

Generatio & generatio laudabit opa tua: & potentiam tuam pronunciabunt.

Magnificentiā / glorie sanctitatis tue loquētur: & mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribiliū tuor dicent: & magnitudinem tuam narrabunt

Memoriā abūdātie suā

ultatis tue eructabūt: et iustitia tua exultabunt.
Miserator ⁊ misericors dominus: patiēs ⁊ multum misericors.
Suauis dñs vniuersis: ⁊miserationes eius sup omnia opera eius.
Confiteantur tibi dñe oīa opa tua: ⁊ sancti tui benedicant tibi.
Gloriā regni tui dicēt: ⁊ potētiam tuā loquētur.
Ut notā faciāt filiis hominū potētiā tuā: ⁊ gloriam magnificētie regni tui.
Regnum tuū regnū omniū seculorum: ⁊ dñatio tua in omni generatione ⁊ generationem.
Fidelis dñs in omnib⁹ vbis suis: ⁊ sanctus in omnibus operibus suis
Alleuat dñs oēs q̄ corruūt: ⁊ erigit oēs elisos.
Oculi oīm in te sperant dñe: ⁊ tu das escam illis in tempore opportuno.
Aperis tu manū tuā: ⁊ imples omne animal benedictione.
Iustus dñs in oīb⁹ vijs suis: ⁊ sanctus in oībus operibus suis.
Prope est dñs oībus inuocātibus eū: oībus inuocātibus eū in veritate
Voluntatem timentiū se faciet ⁊ deprecationē eorū exaudiet: ⁊ saluos faciet eos.
Custodit dñs omnes diligentes se: ⁊ omnes peccatores disperdet.
Laudationē dñi loquetur os meū ⁊ bñdicat oīs caro nomini sctō eius in seculū: ⁊ in seculū seculi.
Glia patri. ℟. In eternū ⁊ in seculum seculi. ℣. r. ℣.

Lauda aia mea dñm 145.
laudabo dñm i vita mea: psallam deo meo q̄ diu fuero.
Nolite cōfidere i principibus: in filijs hominū i quibus non est salus.
Exibit spirit⁹ ei⁹ ⁊ reuertetur in terrā suam: in illa die peribūt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor ei⁹ / spes ei⁹ in dño deo ipsius qui fecit celū ⁊ terram: mare ⁊ omnia que in eis sunt.
Qui custodit veritatem in seculum facit iudiciū iniuriā patientibus: dat escā esurientibus.
Dñs soluit cōpeditos: dñs illuminat cecos.
Dñs erigit elisos: dñs

diligit iustos.
Dñs custodit aduenas pupillū t viduā suscipiet t vias pctōrū disperdet
Regnabit dñs in secula de9 tu9 sion: in generatione t generationem.
Gloria. ā. Laudabo deū meum in vita mea. ps.

146. Laudate dñm qm bonus est psalm9: deo nostro sit iocunda decora laudatio.
Edificans hierusalem dominus: dispersiones israelis congregabit.
Qui sanat9 contritos corde t alligat cōtritiones eor.
Qui numerat multitudinem stellar: t omnibus eis nomina vocat.
Magn9 dñs noster t magna virt9 ei9: et sapientie eius non est numerus.
Suscipiens mansuetos dñs: humilians aūt pctōres vsq ad terram.
Preconfitemini dño in cōfessione: psallite deo nostro in cithara.
Qui operit celū nubib9 et parat terre pluuiam.
Qui producit in montibus fenum: t herbā seruituti hominum.
Qui dat iumētis escam ipsor9m: t pullis corui9 rum inuocantibus eum.
Nō in fortitudine equi voluntatē habebit: nec in tybijs viri beneplacitum erit ei.
Beneplacitū est dño super timentes eum: t in eis qui sperant super mia eius. Gl'ia. ān. Deo nr̄o iocunda sit laudatio. ps.

147. Lauda hierl'm dñm: lauda deū tuū sion.
Qm confortauit seras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquiū suum terre: velociter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit crystallum suā sicut buccellas: ante faciē frigoris ei9 qs sustinebit
Emittet verbū suū t liquefaciet ea: flabit spiritus eius t fluent aque.
Qui annunciat verbū suū iacob: iustitias et iudicia sua israel.
Nō fecit taliter omni nationi: t iudicia sua nō manifestauit eis. Gl'ia. ān. Lauda hierusalē dñm.

Ch̄r. ad Corinthios. i.

BEnedictus deꝰ ⁊ pater dñi nr̄i iesu christi pater misericordiarū ⁊ deꝰ totiꝰ consolationis: qui consolat nos in oī tribulatiōe nostra. Deo gr̄as. Hoc ch̄. dr̄ in sab. ad ves. a Dñe ne i ira. vsq; ad. lxx. ⁊ a Deus oim. vsq; ad aduē. dñi: qr̄ de do. agit. Hic seqns hyꝰ. dicit ad ves. in sabbato a Dñe ne i ira. vsq; ad. xl. qr̄ de dñica agitur. hyꝰ.

DEus creator omniū polique rector vestiēs diem decoro lumine/ noctem soporis gratia.

Artꝰ solutos vt ḡes redd dat laboris vsui: mēteſq; fessas alleuet / luctusq; soluat anxios.

Grates peracto tā die ⁊ noctis exortu preces: votis reos vt adiuues hymnum canentes solumꝰ.

Te cordis ima ꝯcinant te vox canora concrepet te diligat castus amor/ te mens adoret sobria.

Vt cum profundo clauserit/ diem caligo noctium: fides tenebras nesciat/ ⁊ nox fidei luceat.

Dormire mētē ne sinas dormire culpa nouerit: castos fides refrigerās/ somni vapore temperet.

Cruta sensu imbrico/ te cordis alta somniet: ne hostis incidi dolo/ pauor quietos suscitet.

Christū rogemus ⁊ patrē/ christi patrisq; spm̄: vnum potēs per omnia foue precantes trinitas. Amē. ℣. Vespertina oratio ascēdat ad te domine ℟m. Et descendat super nos mia tua. Sequens hyꝰ dr̄ i sabbato ad ves. a Deꝰ oim. vsq; ad aduen. qn de dnica agitur. hyꝰ.

QUe beata trinitas et principalis vnitas: iā sol recedit igneus infunde lumen cordibꝰ. Te mane laudū carmine te deprecemur vesperi: te nostra supplex gl'ia p cūcta laudet secula.

Deo pr̄i sit gl'a eiusq; soli filio: cū spiritu paracly to/ ⁊ nūc ⁊ imperpetuū. Amē. ℣. Vespertina ora Et dr̄ i. vt decet. Cāticū.

MAgnificat : anima mea dominum. Luce i.c.

Et exultauit spiritꝰ meꝰ in deo saluatori meo.

Quia respexit hūilitatē ancille sue: ecce enī ex hoc beatam me dicēt oēs ge-

erationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: ⁊ sanctū nomen eius.

Et mia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timētibus eum.

Fecit potentiam in bꝛachio suo: dispersit superbos mente coꝛdis sui.

Deposuit potētes de sede ⁊ exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimisit inanes.

Suscepit israel puerum suum: recoꝛdat⁹ mie sue.

Sicut locut⁹ est ad ꝓfes nostros: abꝛahā ⁊ semini eius in secula. Glꝛia.

¶ Ad complet. dicto Pater noster. ⁊ Aue maria.

Incipiat sacerdos Cō uerte nos deus salutaꝛ⁊ noster. ℟. Et auerte iꝛā tuam a nobis.

Deus in adiutoꝛiū meum intende.

Dñe ad adiuuandū me festina. Glꝛia patri. ꝑs

4. Complet. ꝑmū.

Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitie mee: i tribulatiōe dilatasti mihi.

Miserere mei: ⁊ exaudi oꝛationem meam.

Filij hoim vsq̄quo gꝛaui coꝛde: vt q̄d diligitis vanitatē ⁊ queritis mendacium.

Et scitote quoniam mirificauit dñs sanctū suū: dñs exaudiet me cū clamauero ad eum.

Iꝛascimini ⁊ nolite peccare. que dicitis in coꝛdibus vestris: ⁊ in cubilib⁹ vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitie ⁊ sperate in dño multi dicūt quis ostendit nobis bona.

Signatū est sup nos lumen vult⁹ tui dñe: dedisti letitiam in coꝛde meo.

A fructu frumenti vini et olei sui: multiplicati sunt.

In pace in idipsum: dormiam ⁊ requiescam.

Quoniā tu domine singulariter in spe: constituisti me. Glꝛia patri. ꝑs

In te domine speraui non cōfundar in eternum: in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurē tuā accelera vt eruas me.

Esto michi in deū ꝓtectoꝛē: ⁊ in domū refugij

vt saluum me facias.
Q Nā fortitudo mea ⁊ refugiū meū es tu: ⁊ ꝓpter nomen tuū deduces me et enutries me.
Q duces me de laqo quē abscōderūt michi: qm tu es protector meus.
In manꝰ tuas dñe cōmēdo spīm meū: redēisti me dñe deꝰ veritatis. Gloria.

90. QUi habitat in adiutorio altissimi: in ꝓtectione dei celi cōmorabit.
Dicet dño susceptor meus es tu: et refugiū meū deus meꝰ sperabo in eū.
Quoniam ipe liberauit me de laqueo venantiū: et a verbo aspero.
Scapulis suis obūbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.
Scuto circūdabit te veritas eius: nō timebis a timore nocturno.
A sagitta volāte in die/ a negocio ꝑambulāte in tenebris: ab incursu ⁊ demonio meridiano.
Cadēt a latere tuo mille/ ⁊ decē milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
Verūtamen oculis tuis cōsiderabis: et retributionem peccatorū videbis.

Quoniā tu es dñe spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.
Nō accedet ad te malū et flagellū nō appropinquabit tabernaculo tuo.
Quia angelis suis mādauit de te: vt custodiāt te in omnibus vijs tuis.
In manibꝰ portabūt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidē et basiliscū ambulabis: ⁊ conculcabis leonē et draconem.
Quia in me speauit liberabo eū: ꝓtegā eum quia cognouit nomen meum.
Clamauit ad me et ego exaudiā eū / cū ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum.
Longitudine dierū replebo eū: ⁊ ostendā illi salutare meum.

Psalmus.

133. ECce nūc bñdicite dominū: oēs serui dñi.
Qui statis in domo dñi in atrijs domus dei nri.
In noctibꝰ extollite manus vestras in scta: ⁊ benedicite dominum.
Bñdicat te dñs ex sion: qui fecit celū ⁊ terram.
Gloria. Miserere mihi dñe: ⁊ exaudi oronē meā.

Dec prędicta an. Si sup

hos pos ꝙ totū aduē. et a crastino octa. epi. vsq; ad. xi. ⁊ a dñica in passione vsq; ad cenā dñi: et a crastino ſcē trinit. vsq; ad aduentū dñi: niſi in feſ. et in oct. beate marie: ⁊ in feſtis reliquis ꝙ: et omniū ſanctoꝝ. Capm

Nunc dimittis ſeruū tuum dñe: ſcd̄m verbum tuum in pace.

Quia viderūt oculi mei ſalutare tuum.

Quod paraſti: ante faciem omniū populoꝝ.

Lumen ad reuelationē gētiū: et gl'iaz plebis tue iſrl'. Gl'ia. ℟. Ueni dñe viſitare nos i pace: vt letemur coꝝā te coꝝde pfecto. Kyrie el'. ⁊c. Sequi tur ꝓces. Hoc ꝙpiet. non mutat in aduē. niſi i feſ. duꝑ. infra aduē. ꝙtingē. tūc em̄ mutat hy⁹. ſolūmodo: et ꝑ hy⁹. Saluatoꝝ. ℟. et niſi in ꝙme. b. ma. cū infra aduē. celeb. fuerit tūc tm̄ in fine hym. dicit Gl'ia tibi dñe q̄ na. ℣. In vigi. nati. do. ad ꝙpl. ſup ꝑſ. ℟. Eſtote parati ſil'es hoīb⁹ expectantib⁹ dñm ſuū qñ reuertat a nuptiis. ꝓ. Cū iuo. ⁊ ceci ꝑi cōfuerit. Cp̄. Tu in no. Hy⁹.

Saluator mūdi dñe: qui nos ſaluaſti hodie: in hac nocte nos ꝓtege: ⁊ ſalua omni tēpoꝝe.

Adeſto nūc propitius: et parce ſupplicātib⁹: tu dele noſtra crimia: tu tenebras illumina.

De mentē ſomn⁹ opprimat: nec hoſtis nos ſurripiat: nec vllis caro petimus: cōmaculet ſordib⁹

De reformatoꝝ ſenſuū:

Hlef. 14. b.

Lōpl 2. Luce 12. c.

ꝙ. 16.

votis precamur coridiū: vt puri castis mentibus surgamus a cubilibus. ℣. Deo patri sit gl'ia / eiusq; soli filio: cū spū paraclito / ℟ nūc ℟ in ꝑpetuū. Amē. ℣ Custodi nos do. Hic hy⁹. 9ri ad ꝯple. quo ꝯidie vsq; ad octa. epi. et in ipsis octa. et in oībus festis duꝫ. ab oct'. epi. vsq; ad ꝑmā do. xl. Et in oībus festis duꝫ. a pēthe. vsq; ad vigi. nati. dñi. Dicit etiā in vigi. pēthe. ℟ ꝑ ꝙ⁹ ebdo. scdz in. v. ℟ in vl. fer. ℟ sab. Et quotidie per oct'. ℟ in oc. assūpt'. ℟ nat. brē marie: dedicationis eccl'ie: siue de octa. fit seruitiū: siue de aliq̄ sctō ix. lec. Et per octa. corporis xp̄i: vbi fit cū regie chori. ān. Vigilate oēs ℟ orate / nescitis enī qñ tēpus sit: vigilate ergo nescitis enī qñ dñs veniet: sero / an media nocte / an gallicātu: an mane: ne cū venerit repēte / inueniat vos dormientes. ℣. Nūc di. Preces tē. q̄ ad ꝯple. pertinēt / expleant. ℂ In die nati. do. ad cōple. sup ꝓs. ān. Nat⁹ est nobis hodie saluator q̄ est xp̄s dns i ciuitate dauid. ꝓs. Cū inuo. Cp̄. Tu in nob. hy⁹. Saluator. ℣. Custodi nos. ān. Alla: verbuz caro factū est alla: ℟ habitauit in nobis alla alla. ꝓs. Nunc di. Preces tē. vt s. Hoc cōple non mutat vsq; ad circūcisionē. ān. vero sup Nunc di. dr vsq; ad vigi. epiph. ℂ In die circumcisionis do. ad cōple. ā. Nato dño angelox chori canebāt dicentes: sal⁹ deo nro sedenti super thronū ℟ agno. ꝓs Cū inuo. Cp̄. Tu in nob. hy⁹ Saluator. ℣ Custodi. ā Alla: ẏbū caro. ꝓs. Nūc di. Preces tē. q̄ ad cōple. pertinent / expleant. Hoc ꝯple. nō mutat vsq; ad vig. epi ℂ In vigi. epi. ad ꝯple. sup ꝓs ān. Lux de luce apparuisti xp̄e: cui magi munera offerunt alla alla alla. ꝓs. Cū inuo. Cp̄. Tu in nob. hy⁹. Saluator. ℣. Custodi. ān. Alla: oēs de saba venient alla: aurū ℟ thus deferentes alla alla. ꝓs. Nunc dimittis. Hoc cōpletoriū non mutat per totam octa. ℂ In crastino epi. ad cōple. ān. Vlserere. ꝓs. Cū inuo. Cp̄. Tu in nobis. hy⁹. Te lu-

Mar. ij. d.

Cōpl' ij.

Joā. i. d.

Cōpl' 4.

Cōpl' 5.

Esaie 60. b

Cōpl' 6.

cis.℣. Custodi nos.Ān. Salua nos dñe vigilantes:custodi nos dormiētes : vt vigilem⁹ cū xp̄o/ et requiescam⁹ in pace.ps. Hūc dimit.vrs. Preces tc.que ad cōpleto. pertinent/cxpleant. Hoc completo.dr a crastino octa. epi. vsq; ad.xl. Et a crastino sctē trinit. vsq; ad aduē.dñi:nisi festū.dup. et p̄ocl.visitat.assump. et natiuit.beate marie:et dedicationis ecclie:et nisi in cōmemo.btē marie.

Cōpl' 7. ℭ Dñica prima.xl.ad cōpleto.sup̄ pos ā. Signatū est sup nos lumē vultus tui dñe:dedisti letitiam in corde meo.ps. Cōtinuo.cp̄. Tu i no.Cleric⁹ ℟. In pace.Chor⁹ ꝓsequit in idipm. Dormiā et requiescā. Cleric⁹ ℣. Si dedero ꝓ. xxi. sōnū oculis meis:et palpebris meis dormitationē.Chor⁹. Dormiā.Cle. ℣. Gl'ia p̄ri et filio et spū i sctō.Chor⁹. In pa.hy⁹.

O Christe q̄ lux es et dies/noctis tēbras detegis: lucisq; lumē crederis/lumē btm predicās. Precamur sctē dñe/defende nos i hac nocte:sit nobis in te requies/quietam noctem tribue. Ne grauis sōn⁹ irruat/nec hostis nos surripiat nec caro illi consentiens nos tibi reos statuat. Oculi somnum capiāt/cor ad te semp vigilet:dextera tua ꝓtegat/famulos qui te diligunt. Defensor nr̄ aspice/insidiantes reprime: guberna tuos famulos/quos sanguine mercatus es. Memēto nr̄i dñe/in gratui isto corpore:q̄ es defēsor aīe/adesto nobis dñe. Deo p̄ri sit gl'ia / eiusq; soli filio: cū spū paraclito/et nūc et in perpetuū. Amē.℣. Custodi nos ā. Cū videris nudū opi eū et carnē tuā ne desperes: tūc erūpet q̄si mane lumen tuū:et gl'ia dñi colliget te.ps. Hūc dimittis Hec predicta ān. videlz Signatū est ℟. In pace.℟. hy⁹. Xp̄e q̄ lux dicatur q̄tidie ad cōple. vsq; ad passionē dñi de q̄cūq; fit seruitū ān. Vo sup Hūc dimi. p. xv. dies. ℭ Dñica iii.xl.ad ꝓple. ān Signatū est ℟. Cū inuo.cp̄. Tu in no. ℟. In pace. hy⁹. Xp̄e qui.℣. Custodi. ps. Hūc di. Media vita in

Esaie 58.c.

Cōpl' 9.

Cōpl' 8.

morte ſum⁹:quē q̄rimus adiutorē niſi te dñe/ q̄ ꝓ peccatis nr̄is iuſte iraſceris Sctē de⁹ Scē fortis Scē t miſericors ſaluator/ amare morti ne tradas nos. ℣. Ne ꝓiicias nos i tpe ſenectutis:cum defecerit virtus nr̄a ne derelinq̄s nos dñe. Sctē de⁹. ℣. Ad li claudē aures tuas ad p̄ces nr̄as. Sctē fortis. ℣. Qui cognoſcis occulta cordis parce peccatis noſtris. Sācte et miſericors ſaluator amare morti ne tradas nos. Hec ān. dr ſuper pſal. Nūc dimit. p xv. dies. ℣. vero non dñr niſi in ſab. t in dñicis: et in feſ. ix. kc. In feſ. dupl. adv:rūq̄ cōple. in ſuperiori gradu dicant:loco nec ſitu mutato. Dñica in paſſione ad ꝟſple. Ān. Miſerere. ℟. Cū inuo. cō. Tu in no. Cleric⁹ ℟. In manus tuas Chorus, pſeq̄t dñe Commēdo ſpm̄ meū Cleric⁹ ℣. Redemiſti me dñe de⁹ veritatis. Chorus Commēdo. Nō dr. Gl'ia. ſed reinciplt cleric⁹ In manus tuas. Hymnus.

Cōpl' 9.

Ultor dei memento te fontis t lauachri rorē ſubiiſſe ſanctum/ te chryſmate innouatum.

Hac cum vocāte ſomno caſtū petis cubile: frontem locumq̄ cordis/ crucis figura ſignet.

Crur pellit oē crimen/ fugiūt crucē tenebre: tali dicata ſigno/ mens fluctuare neſcit.

Procul o procul vagātum/ portēta ſomniorū: ꝓcul eſto peruicaci/ preſtigiator aſtu.

O tortuoſe ſerpens/ qui mille per meādros: fraudeſq̄ flexuoſas/ agitas quieta corda.

Diſcede xp̄s hic eſt xp̄s hic eſt liqueſce: ſignū q̄s ipſe noſti/ damnat tuam cateruam.

Corpus licet fatiſcens taceat/ recliue paululū: chriſtum tamen ſub ipſo meditabitur ſopore.

Gloria eterno p̄ri: t xp̄o vero regi: paraclitoq̄ ſancto/ t nūc t in perpetuū Amē. ℣. Cuſtodi nos. ℟. Nūc dimit. Ān. O rex glorioſe inter ſctōs tuos / q̄ ſemp es laudabilis/ t tñ ineffabilis: tu i nobis es dñe: t nomen ſctū tuum inuocatū eſt ſup nos/ ne derelinq̄s nos de⁹ nr̄: vt in die iudicij nos colloca

Hier. 14. b.

re digneris Inter sctōs t electos tuos Rex bñdicte. ℣. Rex bñdicte tuos per, pspera dirige seruos Inter. Et dr vsq; ad finē ān. Altus ℣. Ut tergant miseras pia per ieiunia culpas. Rex bñ. Alt⁹ ℣. Atq; colāt pure solennia mystica pasche. Int' sanctos et electos tuos rex bñdicte. vsq; ad finē ān. Hoc ?ple. dr quotidie vsq; ad cenam do. sup ro dicto modo de q̄cūq; fuerit tū. Excep. q̄ in fe. non dñr ℣. post psal. Nūc dr.

Cōpl' 10. ¶ Fer. v. in cena dñi: ad cōple. in primis inchoet ab executore officij ān. Xp̄s fact⁹ est. sine nota. ℣. Cū inuo. In te do. spe. Ecce nūc. Nūc dim. sine Gl'ia. Post ps. dr tota ā. Xp̄s fact⁹ est pro nobis obediens vsq; ad mortē mortē aūt crucis. Deide dicat sacer. Dñs vobiscū Et cum spū tuo. Oratio.

RESpice q̄s dñe super hāc familiā tuā pro qua dñs nr ihesus xp̄s nō dubitauit manib⁹ tradi nocentiū: t crucis subire tormentū. q̄ terminet sic: Qui tecū vi. ?t. Dñs vobiscū. Et cū spiritu tuo. Benedicamus dño. Deo gr̄as. ¶ Fer. vi. in die ps Cōpl' II. rasceues ad ?ple. incipiat sacer. ān. sine nota Xp̄s factus est. Et interi fiat genuflexio in choro. ān. ?t. cla fiāt sicut in die cene: sine Dñs vob. et sine Oremus. Et post ps. t ā. dr Pater nr. et Aue ms. et ps. Miserere. sine Gl'ia pri. cum ps̄tra. Et finiat ?ple. sacer. dicēte oronē Respice q̄s do. sine Dñs vo. et sine Orem⁹. et sine Qui te. t sine Bñdicam⁹ et sic ?pleat. ¶ Sab. sctō Cōpl' II. in vigi. pasc. pulsatis cāpanis duobus signis duplicit vel triplr incipiat sacer. De⁹ in adiu. Gl'ia patri. ?t. more solito sine Cōuerte nos. ān. incipiat in supiori grad. Alla alla alla alla. ps. Cū inuo. In te dñe. Ecce nūc dñ. Nūc dimit. Et dñr hi ps predicti sub vna voce nullum psal. exaltādo: q̄d etiā obseruet q̄tidie vsq; ad oc. pas. ad cōpl'. Finitis ps cum Gl'ia. tota dr ā. Deinde dicitur Dñs vobiscum. t Oremus. Oratio.

SPiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacra-

mentis paschalibus satiasti: tua facias pietate cōcordes. Per dominū. in vni. eiusdē. cum Dñs vobiscum. et Benedicamus dño. sine alla ab executore officij. Et sciēdū est quod hec oratio dicit quotidie ad cōpleto. vsq; ad octa. pasche. ℭ In die pasche ad cōplet. Deus in adiutoriū. ān. ℣. sicut in sabbatis. Repetita ān. post psal. statim incipiat a cantore ℟. Hec dies quam fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea sine neumate. Deinde dicat sacerd. ℣. In resurrectione tua xp̄e. Celi ⁊ terra letentur alla. Dñs vobiscum. Oremꝰ. Oratio. Spiritū nobis. cum Dominus vobiscū. ⁊ Benedicamus dño. sine alla. Hoc eodem modo dr cōpletoriuz per totā ebdo. vsq; ad sabbatū. ℭ Dñica in octa. pasche ad cōpletoriū Conuerte nos. et Deus in adiutoriuz. ān. Alla alla alla alla. ℣. Cū inuocarē. In te dñe spe. Qui habitat. Ecce nunc cap. Tu in nobis. ℣ꝰ.

IEsu saluator seculi/ verbū patris altissimi: lux lucis inuisibilis/ custos tuorum peruigil ℣ Tu fabricator olim/ discretor atq; temporū: fessa labore corpora: noctq; quiete recrea. ℣ Ut dum graui in corpore: breuem manemꝰ tpe: sic caro nostra dormiat/ vt mens in christo vigilet. ℣ Te deprecamur supplices/ vt nos ab hoste liberes. ne valeat seducere/ tuo redēptos sanguine. Quesumus auctor olim in hoc paschali gaudio: ab oi mortis ipetu/ tuū defende populum. Gl'ia tibi dñe/ q̄ surrexisti a mortuis: cum p̄re ⁊ sctō spū/ in sempitna secula. Amen. ℣. Custodi nos. ān. Alla: resurrexit dñs alla: sicut dixit vobis alla alla. ℣. Nūc dimit. Preces ⁊c. q̄ ad cōpletoriū pertinēt/ expleātur. Hoc cōpletoriū non mutat vsq; ad ascēs. do. de quocunq; fit seruitiū: nisi q̄n dr de ctā maria: tūc cum dr in fine hym. Quesumꝰ auctor. cū ℣. Gl'ia tibi do. q̄ na. Ita tñ q; ān. sup hos dr vsq; ad fest. s. tri. ℭ In vigil. ascē. dñi ad cōplet. super hos ps. Mat. 26. c. Cōpl 15.

ꝓ in octa. paſche. Cp̄m. Tu in nobis. Hymnus.

IEſu nr̄a redemptio/ amor et deſiderium: deus creator omniū/ homo in fine temporum.

Que te vicit clementia/ vt ferres nr̄a crimīa: crudelē mortem patiens/ vt nos a morte tolleres.

Inferni clauſtra penetrans/ tuos captiuos redimēs: victor triumpho nobili/ ad dexteram patris reſidens.

Ipſa te cogat pietas: vt mala nr̄a ſuperes: parcēdo et voti cōpotes/ nos tuo vultu ſaties.

Tu eſto nr̄m gaudiū/ q̄ es futurus premium: ſit noſtra in te gl'ia/ per cuncta ſemper ſecula.

Gl'ia tibi dñe/ qui ſcandis ſupra ſidera: cū p̄re et ſctō ſpū in ſempiterna ſcl'a. Amen. ℣. Cuſtodi nos. ān. All'a: aſcendens xp̄s in altū all'a: captiuā duxit captiuitatē all'a al leluia. ℟. Nūc di. Hoc eo dē modo ꝙ ꝓle. q̄ die vſq; ad pēthe. de q̄ cum q̄ ſit ſerui. niſi q̄n ꝙ de cōmēo. dē ma. tūc eſt poſt ℣ Tu eſto. ꝙ ℣ Gl'ia tibi dñe q̄ na. Cl In vig. pē the. ad ꝓle. ā. All'a. illi. vr̄ō in octa. paſ. Cap Tu in no. hy⁹. Saluator. ℣. Cuſtodi. ān. All'a ſpiritꝰ paraclitus all'a: docebit nos oīa all'a all'a. ℟. Nūc dimittis. Preces tē. q̄ ad cōple. pertinēt/ expleant Cl In die pēth. ad cōple. ā. All'a q̄ vr̄ō. ℟ſ. Cū in uo. cp̄. Tu in no. Hac die et trib⁹ dieb⁹ ſeq̄nt⁹/ ꝑ hymno ꝙ iſta ſequentia

Cōpl 16.

Cōpl 17.

ALma chorus domini/ nunc pangat nomina ſummi.

Meſſias/ ſother/ emmanuel/ ſabaoth/ adonai.

Est vnigenitus/ via/ vita/ manus/ homouſion.

Principium/ primogenitus/ ſapientia/ virtus.

Alpha/ caput/ finiſq; ſimul vocitatur: et eſt oo

Hons/ et origo boni paraclitus: ac mediator.

Agn⁹/ ouis/ vitul⁹/ ſerpēs/ aries/ leo/ vermis.

Os/ vbū/ ſplendor/ ſol/ gloria/ lux/ et imago.

Janis/ flos/ viris/ mōs ianua/ petra/ lapiſq;.

Angel⁹/ et ſpōſ⁹/ paſtor q;/ prophet a/ ſacerdos.

Athanatos/ kyrios theos/ panthou/ crathon/ et iſus.

Saluificet nos.
Hit cui ſecla.
Per oia dora. Amē. ℣.
Cuſtodi nos. Reliqs vo
dieb⁹ &z hy⁹. Saluator.
ān Alla:ſpūs paraclit⁹.
ps. Nunc dimit. ℟. ℂ In
Cōpl' feſto ſctē trini. ad cōple.
18. ān Miſerere. ps. Cū in-
uocarem. Cap. Tu in no
bis. hy⁹. Saluator. ℣⁹.
Cuſtodi nos. ān. Lucem
tuam dñe nobis concede
vt deſtitutis corꝺiū tene
bris / peruenire poſſim⁹
ad lumen qꝺ eſt chriſt⁹.
ps. Nūc dimit. Hoc ypn.
&z oibus duꝑ. feſ. ab hac
die vſqꝫ ad aduentū dñi.
Et ab oct. epiph. vſqꝫ ad
do. p̄mā. xl. niſi in feſ. ⁊ p
octa. btē marie: ⁊ in feſt.
reliqaꝝ: ⁊ oim ſctōꝝ. Di-
ceſ etiā in feſ. ⁊ in oct. de
dicationis eccl'ie/de quo
cūqꝫ fit ſeruit. ſi extra ad
uen. ⁊ xl. ⁊ rps paſc. etie.
Et ſi per eſtatē cōtig. pel
alias qñ oct. cū reg. cho-
ri hre poteſt. ſicut habet
in eodē feſ. ℂ In feſ. reli-
Cōpl' quiaꝝ ⁊ oim ſctōꝝ. ad cō
19. plet. ſuper pos ān Sā-
ctoꝝ p cib⁹ cunctoꝝ red-
de ſalutē corporis ⁊ ani
me rpe tuis famulis. ps.
Cū inuocarē. Cap. Tu in
nobis. hy⁹. Saluator. ℣.
Cuſtodi nos. ān. Lucem
tuam. ps. Nūc dimittis.
ℂ In puri. btē marie ad Cōpl'
cōplet. ſup pos ā. Virgo 20.
verbo concepit: virgo per
mānſit: virgo peperit regez
oim regū. ps. Cū inuoca.
Cap. Tu in nob. hy⁹ Sal-
uator. ℣ Cuſtodi. ā. Glo
rificamus. ps. Nunc di.
ℂ In viſitatione ⁊ aſſūp- Cōpl'
tione eiuſdē: ad cōplet. 21.
ſup pſal. ān Scta maria
virgo intercede pro toto
mūdo qꝝ genuiſti regem
orbis. ps. Cū inuo. cp̄m.
Tu in no. hy⁹ Saluator
℣ Cuſtodi. ā. Glificam⁹
ps. Nūc dim. ℂ In nati. Cōpl'
eiuſ. ad cōple. ſup p. ān 22.
Bta mr et innupta virgo
gloſa: regina mūdi inc-
cede p nobis ad dñm. p.
Cū iuo. cp̄. Tu i no. hy⁹.
Saluator. ℣ Cuſto di. ā.
Glificam⁹ te dei genitrix
qꝝ ex te nat⁹ eſt xp̄s: ſal-
ua omnes qui te glorifi-
cant. ps. Nunc dimittis.
Kyrie eleiſō. iſ. Xpe
eleiſō. iſ. Kyrie el.
iſ. Predicta ā. videlicet
Glorificamus, &z in oib⁹
feſ. ⁊ per octa. btē marie
Et in p̄mēo. eiuſdē p to-
tū annū niſi in aduentu

et l annūciatione: ꝛ i pe
pasc. ¶ Sequūtur ꝑces.
Pater nr̄. Aue maria.
Ꝛ ne nos. Sed libera.
In pace in idipm. Dor-
miam ꝛ requiescam.
Credo in deum.
Carnis resurrectionē.
Et vitam eternam amen
Benedicamus patrē et
filium cum sctō spiritu.
Laudemus et superexal
temus eum in secula.
Dani. 3.c. Benedict⁹ es dñe in fir-
mamento celi. Et lauda-
bilis ꝛ gl'iosus et super-
exaltatus in secula.
Benedicat et custodiat
nos oīps ꝛ misericors do
min⁹. Amen. Confiteor
misereatur. et Absolu-
tionē. tam ad ꝑmā q̄ ad
cōple. per totū annū q̄n
Confiteor. ōr. Et ōr ꝑtim
im/vt vix audiat a cho-
ro: hoc modo respiciens
ad altare. Cōfiteor deo/
btē marie/oībus sanctis
Uertens se ad chorum/
et vobis: peccaui nimis
cogitatione/locutione/ꝛ
opere: mea culpa. Respi
ciens ad altare. Precor
sanctā mariā/ oēs sctōs
dei. Respiciēs ad chorū.
Et vos orare ꝓ me. Cho
rus respōdeat ad eū con
uersus. Misereat. Con-
ea primo ad altare ꝙuer-
sus. Cōfiteor. Deinde ad
sacerd̄. conuersus vt pri
us sacer. se habuit. Deīn
dicat sacerd̄. ad chorum.
Misereat vr̄i oīps de⁹: et
dimittat vobis oīa pcā
vr̄a: liberet vos ab omni
malo: conseruet ꝛ confir
met in bono: et ad vitam
perducat eternā. Amen.
Absolutionē et remissio
nem o īm peccatoꝝ vr̄oꝝ
spatium vere penitētie/
emendationē vite: gra-
tiā ꝛ consolationē sancti
spiritus: tribuat vobis
omnipotēs ꝛ misericors
dominus. Amen.
Deus tu cōuersus viui ꝑ. 84.
ficab; nos. Et plebs tua
letabitur in te.
Ostende nobis dñe mi- Ibid.
sericordiā tuam. Et salu
tare tuū da nobis.
Dignare domine nocte
ista. Sine peccato nos
custodire.
Miserere nostri domīe. ꝑo.
Miserere nostri. 122.
Fiat mia tua dñe super ꝑo. 32
nos. Quemadmodū spe
rauimus in te.
Dñe deus vtutū cōuer ꝑ. 79
te nos. Et ostende faciez
tuam ꝛ salui erimus.

Dñe exaudi oronē meā Et clamor me⁹ ad te ve. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremꝰ. Ve pces predicte dñr su predicto modo per totū annū ad ꝙple. tā in festis duꝑ. q̄ simꝑ. etiā sine regimine chō. Et in fe. nisi a cena do. vsq; ad oc. pascha tñ q̄ in oibus fe. p ad xen. t a **Dñe ne in ira.** vsq; ad cenā do. et a **Deus olim.** vsq; ad aduē. do. qñ de fe. agit. Post ỽ. **Fiat mia** ꝛ. statim sequitur

Exaudi dñe vocē meaz qua clamaui ad te. Miserere mei t exaudi me Sequat̄ ps. Misere. tot⁹ p. ꝛ cū **Glia** ℟ **Sicut erat.** sine nota. Et tūc ora fiāt in pstra. ab inceptione **Kyrie el'.** vsq; post oy. et **Confiteor.** t **Misereat** ℟ **Absolutionem.** ita tamē q̄ immediate post psal. erigat se sacer. sotius sic di-

ỽ.43 Et **surge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum.**

ỽ.79 Dñe deus virtutū conuerte nos. Et ostende faciē tuā t salui erimus.

Dñe exaudi orationem meam. Et clamor meus.

Dñs vo. Et cū. Oremꝰ.

Illumina q̄s dñe de⁹ tenebras nr̄as: t totius noctis insidias: tu a nobis repelle propitius. Per do. in vni. eius. Dñs vo. Bñdicamus do. Nec ora pdicta cū cp. t ỽ. **Custodi nos.** dicant̄ ad completo. per totū annū nisi a cena do. vsq; ad octa. pasche. ¶ Omni die p annum post cōple. de die: et post matu. de die/ ꝓter q̄ in duꝑ. fes. et per oct. corporis xp̄i: t visitationis: assumptionis: t nativitatis btē marie: t dedicat. eccl'ie: t nois ihesu: et i die aiar̄: t in vigi. nati. dñi: et abhinc vsq; ad inceptionem histo. **Dñe ne in ira** et a. iiij. fes. ante pasc. vsq; ad inceptionem histo. **Deus olim.** dicit̄ pro pace eccl'ie: cum genuflexione sine nota isde. Psalmꝰ

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. 122.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancille i manib⁹ dñe sue: ita oculi nostri ad dñm deū nr̄m/ donec misereatur nostri.

Miserere nr̄i dñe mise-

rere nr̄i: q̄ multū repleti sumus despectione.

Quia multū repleta est aīa nostra: opprobrium abundātib⁹ et despectio superbis. Gl'ia. Finito ꝓ sequit Kyrie el'. Xp̄e el' Kyrie eleisō. Pater nr̄ Deide dicat sacer. executor officij in audiētia sine nota. Ne nos. Sz.

ꝑ.43 Exurge domie adiuua nos. Et libera nos ꝓpter nomen tuum.

ꝑ.79 Dñe deus virtutū conuerte nos. Et ostēde faciem tuam et salui erimus Dñe exaudi. Et clamor Dñs vob. Et cum. Dñs

Ecclesie tue dñe ꝓces placat⁹ admitte: vt destructis aduersitatib⁹ et erroribus vniuersis/ secura tibi seruiat libertate: et pacē tuā nostris concede tēporibus. ꝑ xp̄m. His dictis/ surgat sacer⁹. et oēs clerici a ꝓstratione osculantes formulas. ℂ Psalmi penitētiales. Contra iram. ꝑs.

6. Domine ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me.

Miserere mei dñe quoniam infirm⁹ sum: sana me dñe quoniā cōturbata sunt ossa mea.

Et aīa mea turbata est valde: sz tu dñe vsq;quo.

Conuertere dñe ⁊ eripe aīam meā: saluū me fac ꝓpter miam tuam.

Quoniā non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboraui in gēitu meo lauabo per singulas noctes lectū meum: lachrymis meis stratuz meum rigabo.

Turbatus est a furore oculi⁹ me⁹: inueteraui inter oēs inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dñs vocem fletus mei.

Exaudiuit dñs deprecationē meā: dñs orationem meā suscepit.

Erubescāt ⁊ cōturbentur vehementer oēs inimici mei: conuertātur et erubescant valde velociter. Gl'ia patri. ℂ Contra superbiam. Psalm⁹.

31. Beati quorū remisse sunt iniquitates: et quor⁹ tecta sunt peccata

Beatus vir cui non imputauit dñs pctm̃: nec ẽ in spiritu eius dolus.

Quoniã tacui inueterauerũt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est sup me manꝰ tua: conuersus sum in erũna mea dum configit spina.

Delictũ meũ cognitũ tibi feci: et iniustitiã meam non abscondi.

Dixi cõfitebor aduersũ me iniustitiã meã domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te oĩs scũs: in tpe opportuno

Verumtm̃ in diluuio aq̃rum multarũ: ad eũ non approximabunt.

Tu es refugiũ meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.

Intellectũ tibi dabo et instruã te in via hac qua gradieris: firmabo sup te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus nõ est intellectus.

In chamo et freno maxillas eor cõstringe: qui nõ approximãt ad te.

Multa flagella pctõris: sperantẽ autẽ in dño misericordia circundabit.

Letamini in dño et exultate iusti: et gl'iamini oẽs recti corde. Gl'ia patri.

Contra gulã. Psalmꝰ

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me 37.

Quoniam sagitte tue infixe sũt michi: et confirmasti sup me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: nõ est pax ossibꝰ meis: a facie peccatorũ meorum.

Quoniam iniq̃tates mee supergresse sunt caput meũ: et sicut onus graue grauate sunt super me.

Putruerũt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.

Miser factus sum et curuatus sum vsq; in finem tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lũbi mei ipleti sũt illusionibus: et nõ est sanitas in carne mea.

Afflictꝰ sum et humiliatus sũ nimis: rugiebã a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est

absconditus.

Cor meum conturbatū est: dereliquit me virtus mea et lumen oculorum meorum / et ipsum non est mecum.

Amici mei et proximi mei: aduersuz me appropinquauerūt z steterūt.

Et qui iuxta me erāt de longe steterunt: et vim faciebant qui querebāt animam meam.

Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanq̄z surdus non audiebam: z sicut mutus non aperiēs os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te dñe speraui: tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeāt michi inimici mei. z dum cōmouentur pedes mei super me magna locuti sunt.

Qñ ego in flagella paratus sū: z dolor meꝰ in conspectu meo semper.

Qñ iniquitatē meā annunciabo: et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autē mei viuūt et cōfirmati sunt sup me et multiplicati sūt q̄ oderunt me inique.

Qui retribuūt mala pro bonis detrahebant michi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutoriuz meum: domine deus salutis mee.

Alia. ¶ Contra luxuriā. ps.

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. ¶ Contra auaritiā. ps. 101.

Domine exaudi orationem meam: z clamor meus ad te veniat.

Nō auertas faciem tuam a me: in quacūq̄z die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacunq̄z die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt fenū et aruit cor meum: quia oblitꝰ sum comedere pa-

nem meum.

A voce gemitꝰ mei: adhesit os meū carni mee.

Similis factus sum pelicano solitudinis: factꝰ sū sicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabāt michi inimici mei: et qui laudabant me aduersuz me iurabant.

Quia cinerem tanq̄ panē māducabā: et potum meū cum fletu miscebā.

A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum aruī.

Tu aūt dñe in eternum permanes: ⁊ memoriale tuum in generatione et generationem.

Tu exurgens dñe misereberis sion: quia tēpus miserendi eius quia venit tempus.

Quōniam placuerunt seruis tuis lapides eiꝰ: et terre eius miserebuntur.

Et timebūt gentes nomen tuum dñe: ⁊ oēs reges terre gloriam tuam

Quia edificauit dñs sīō et videbitur in gl̄ia sua.

Respexit in orationem humilium: ⁊ non sprevit precem eorum.

Scribant hec in generatione altera: ⁊ ppl's q̄ creabitur laudabit dñm.

Quia p̄spexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terrā aspexit.

Ut audiret gemitꝰ compeditorū: vt solueret filios interemptorum.

Ut annuncient in sion nomen dñi: ⁊ laudē eius in hierusalem.

In conueniendo populos in vnum: et reges vt seruiant domino.

Respondit ei in via virtutis sue: paucitatē dierū meorum nuncia michi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: i generatione ⁊ generationē anni tui.

Initio tu dñe terrā fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi.

Ipsi peribūt tu aūt permanes: ⁊ oēs sicut vestimentū veterascent.

Et sicut opertoriū mutabis eos et mutabunt: tu autem idem ipse es: ⁊ anni tui non deficient.

Hūi seruoꝝ tuoꝝ habitabūt: ⁊ semē eoꝝ in seculum dirigeſ. ℌ Ia. ¶ Contra inimicū. ps. Deprofundis. regē vt supra. ¶ Contra accidiam. ps.

142. DOmine exaudi oīonē meā auribꝰ percipe obſecrationē meam in ꝟitate tua exaudi me in tua iuſtitia

Et nō intres in iudiciū cū ſeruo tuo: qz nō iuſtificabiť in conſpectu tuo omnis viuens.

Q ⁊ pſecutꝰ eſt inimicꝰ aīam meā: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſcl'i: ⁊ anxiatus eſt ſup me ſpiritus meus: in me turbatum eſt coꝛ meum.

Memoꝛ fui dierum antiquoꝝ meditatus ſum in omnibus operibus tuis in factis manuū tuaruz meditabar.

Expandi manus meas ad te: anīa mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociť exaudi me dñe defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciē tuā a me: ⁊ ſimilis ero deſcēdentibus in lacum.

Auditam fac michi miſericordiā tuam: qz in te ſperaui.

Notā fac michi viā in q̄ ambulem: quia ad te leuaui animā meam.

Eripe me de inimicꝭ meis dñe ad te cōfugi: doce me facere voluntatē tuā quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonꝰ deducet me in terrā rectaz propter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua.

Educes de tribulatiōe animam meam: ⁊ in miā tua diſperdes omnes inimicos meos.

Et perdes oēs q̄ tribulant animā meā: qm̄ ego ſeruus tuus ſum.

ℌ Ia. An. Ne reminiſcaris dñe delictꝫ nr̄a vel parentum nr̄oꝝ: neqz vindictam ſumas de pctis nr̄is. Tob. 3.a. ¶ Vt vlterius q̄ dicit in choꝛo. Parce domine parce populo tuo/ quē redemiſti p̄cioſo ſanguine tuo: ne in eternum iraſcaris nobis: ⁊ ne des hereditatē tuā in perditionē: ne in eternum obliuiſcaꝛꝭ nobꝭ. ¶ Hoc dic̄ q̄ omni feꝛ. die p totā. xl. vel letania ſicut in. ij. feꝛ. verſꝰ ad ordinē martyꝝ.

Propicius esto. vsq; ad finem. Et quicquid sacerdos dicit de letania chorus idē repetat plene et integre vsq; p̄olationē.

Ut pacem nobis dones. Tūc respōdeat chorus.

Te rogamus audi nos. Item: et sic de singulis vsq; ad Fili dei: te rogamus audi nos. Tunc rideat chor⁹ idē: et sic de singulis vsq; ad Kyrie eleison Xp̄e eleison. Kyrie eleisō

¶ Feria secūda. Letania

Kyrie eleison. Christe eleison. Christe audi nos.

Pater de celis deus. Miserere nobis.

Fili redemptor mundi de⁹: Miserere nobis.

Spiritus sancte deus: Miserere nobis.

Sancta trinitas vnus deus: Miserere nobis.

Sancta maria. Ora pro nobis.

Sancta dei genitrix. or.

Sctā virgo virginū. or

Sancte michael. or

Sancte gabriel. or

Sancte raphael. or

Omnes sancti angeli et archāgeli dei. Orate pro nobis.

Oēs scti btōrū spirituū ordines. Orate pro no.

Sctē iohēs baptista. or

Oēs scti p̄fiarche et p̄phete. Orate pro nobis.

Sancte petre. or

Sancte paule. or

Sancte andrea. or

Sancte iohannes. or

Sancte iacobe. or

Sancte thoma. or

Sancte philippe. or

Sancte iacobe. or

Sancte mathee or

Sācte bartholomee. or

Sancte simon. or

Sancte thadee. or.

Sancte mathia or

Sancte barnaba or

Sancte marce or

Sancte luca. or

Oēs scti apli et euāgeliste. Orate pro nobis.

Oēs scti discipuli dñi et innocētes: Orate p nob.

Ubicūq; dicat in singulis letanijs. ¶ Feria secūda in quadragesima.

Sancte stephane. or

Sancte line. or

Sancte clete or

Sancte clemens. or

Sancte fabiane. or

Sancte sebastiane. or

Sancte cosma. or

Sancte damiane. or

Sancte prime or

Sancte feliciane. or

Sancte dionysi cū sociis tuis: Ora pro nobis.
Sancte victor cū sociis tuis: Ora pro nobis.
Oēs sancti martyres. orate
Sancte silueſter or
Sancte leo or
Sancte hieronyme or
Sancte auguſtine. or
Sancte iſidore. or
Sancte iuliane. or
Sancte gildarde. or
Sancte medarde. or
Sancte albine. or
Sancte euſebi. or
Sancte ſyluthine. or
Sancte birine. or
Oēs sancti confeſſores orate.
